



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxviii. De officio & potestate iudicis delegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De offi. & potestate iud. deleg.

3. *Ad hac.* Qui in aliqua ecclesia vicarius erit per ipsius personam de consensu & autoritate episcopi diocesani institutus adsignata ei portione, etsi defuncta persona fuerit, per eum qui ei substituetur (nisi quid committet propter quod in vicaria vel beneficio cōdemnandus fiet) ne amouetur. adsignata ipsi pensio ne minuitur.

2. *Proinde.* Ipse verò & personis & ecclesiis deseruitor. vnā vicariam duntaxat, nemo plureis habeto.

1. *Ad au-
dientiam.* Multò fortiùs qui curam animarum, in vna diuersisve ecclesiis personatum indeptus, habebit, vicarius in alienis esse ne quærito.

6. *Ex parte.* Præterea in quibus ecclesiis vicarias obtinent vicarij perpetui, residere, & se in Presbyteros, vt earum cura exigit, promoueri facere, per subtractionem prouentuum, vel ipsarum vicariarum coguntur.

4. *Clericos.* Item quarum ecclesiarum vicarias clerici in Presbyteratu vel aliis inferioribus ordinibus constituti adsequuti erunt, in his alios sibi substituere ne permittuntur.

De officio & potestate iudicis delegati. Tit. 28.

11. *Sanè.
ij.* **Q**VI à summo Pont. delegati erunt, vices eius gerere accipiuntur. maiores illis, quorum causam suscepserint terminandam, habentur. In hac si episcopus aliave persona rebellis ipsis, si contumax erit: pro facti qualitate interdicti suspensionisve sententia compelluntur. terram quoque propriae iurisdictionis in-

terdicto subiicere liceto. Omnia temperatè secundum negocii qualitatem delegatus facito.

Et si ordinarius non erit, partes auctoritate apo. compellendi, contumaces ecclesiastica seueritate cohercendi, ac super omnibus quæ ad causam ipsam spectabunt, et si literis commissio- nis non contineatur, potestatem recipito. *5. Præte- rea.*

Contumaces siue ad citationem ipsius venire, siue iudicio parere neglegent, pro delicti & causæ qualitate secundum suum arbitrium punito. si pro eo negotio pœna a canonibus expressa erit: eam infligito. *4. De cau- sis. θεμω- illis.*

Aequè si, cum hoc liceat, personis superioribus negocium sibi delegatum subdelegabit: eas cogito. in coactionibus tamen dignitati & personæ deferto. *28. Pasto- ralis. in prin.*

Cum ipsi iusticiam parti exhibere præcipie- tur, omnino mandatum eludi ne finito. tam eos qui trahentur in causam, quàm principaleis eorum fautores, si manifestè iusticiam impedire cognoscentur, ecclesiastica districtione coherceto. *1. Quia- questum.*

Ordinarius verò, nisi de mandato fedis apo. certus fiet, quod sibi à delegato apo. mandabitur exequi ne cogitor. *31. Cum in- iure.*

Iudicis tamen mandato violenter ne resistito. Sed si qui in causa cõmissa corã iudice ecclesi- tráfactione vel alio modo obtinuisse se dicēt, in quibus certum fiet nec institutionē canonicam, nec corporalem ipsos possessionem habuisse: vt delegatus, donec Romano pōt. rei veritas inno- tescat, in possessionem mittere differat instato. *8. Si quã- do.*

De off. & potest iudic deleg.

28. *Pastorialis.* Sin efficere apud ipsum nõ potestit vt ab hoc onere ipsum absoluat: etsi iniustam sententiam sciet, obsequitor.
- De m. a.*
quia verò.
7. *Significasti.* Quod si ad delegati iudicis mandatum sententiam ipsius suo nolet, aut, aliis resistentibus, non poterit effectui mancipare: delegatus ipse apo. autoritate eam executioni demandato, eos qui resistēt sentētia ecclesiastica coerceto.
40. *P. & G.* Alioquin præter eas quæ literis exprimentur personas, ad alias, etiam si consentient, iurisdictiono delegata ne prorogator.
41. *Cum vigesimo.* Iudex verò nisi vigesimo anno peracto ne dator. Infra eam æuitatem constituto ab alio quàm à principe facta delegatio ne teneto. Si tamen partes scienter in eum, qui decimum octauum transenderit, consentient: ratum esto.
17. *Causam que.* Dominus in serui sui causa iudex ne dator. datus amouetor, & alius sufficitor.
35. *Cõ R.* Item socium partis concanonicum vt suspectum recusare liceto.
25. *Insinuante.* Atque si quis iudicibus à se impetratis, aut alteri eorum, sine quo alii procedere nequeant, familiaris post impetrationem literarum effectus erit: etsi coram ipsis processum fuerit, cum recusari possint (nisi post familiaritatem contractam coram ipsis aduersarius litigare consenserit) alii recte impetrantor. Alioquin ad priorum iudicum examen partes reuertuntor.
28. *Pastorialis. in princ.* Iudici autem à principe delegato iurisdictiono dandi iudicem à lege concessa esto. Nemo tamen malitiosè se exonerare quærito. si is, quem subdelegabit, renitetur: coercere liceto. Sicut

totum negocium, ita & citationis officium cui-
libet demãdare, & contẽptorem punire fas esto.

Sed etsi duo erunt: vni ex ipsis, quanquam si-
ne altero procedendi potestatem non habebit, <sup>6. Quã-
uis-</sup> siue alii, siue coniudici suo vices suas commit-
tere liceto.

Personis ergo idoneis & discretis, cum graui <sup>3. Si pro
causa vel necessitate impeditur causis à sede apo. debilitate.</sup>
causa vel necessitate impeditur causis à sede apo. debilitate.
sibi delegatis interesse non poterit (nisi hæ tam
grauis erunt, vt sine eius præsentia terminari
nequeant) vices suas committito. hi, si res tanti
erunt, eum à quo erunt commisi, consulunto.

Causæ quoque cognitionem, & testium exa- ^{18. Cũ te.}
minationem personis ecclesiasticis sententia si-
bi reseruata, si volt, committito. ab his si adpel-
labitur: nihilominus causam definito.

Cui verò id committetur, ne recusari possiet <sup>27. Super
questionis
θεμα
j. c. ij.</sup>
de partium ad sensu dator, recipitor. sin eos qui
dati erunt pars altera vt suspectos recusassit, vel
ab eis, si fines mandati excessint, adpellassit:
delegatus ipse causam nihilominus definito.
quæ pars recusabit, iustam recusationis cau-
sam coram iudice ostendito. ni ostendet, vel pa-
rata erit ostẽdere: quominus auditores procedãt
ne impedito. si iustam causam allegabit, neque
delegatus admittet: ad Ro. pont. prouocatio
esto. Causæ sibi commissæ principium, finem,
& medium alij delegare nõ solùm coniunctim,
sed etiam diuisim liceto. Cui aliquid eorum
commissum erit, exequutor potiùs quàm
cognitor esto. Tam is tamen ante quem lis
contestatur, quàm per quem definitur, iudi-

De offi. & po. iud. deleg.

ces dicuntor. Et ab eo, cui exordium vel finem causę quis ita committit, tanquam à iudice pro- uocatio esto. Qui sententiam feret, in his omni- bus principio, medio, & fine vniuersa quę in iu- dicio acta sunt inuestigando per seipsum co- gnoscere accipitor.

37. Vene-
rabili.

Cum semel in integrum vices suas commise- rit, officio suo functus esto. alteri negocium rur- sus demandare nequito. subdelegatus ipse nihil contra mandati tenorem facito, si quid contra aget: processus inritator.

29. Ex li-
teris.

Cum iurisdictione coërcitionem recipito. Interdicti sententiam in rebelleis promulgandi potestatem habeto.

41. Quo-
niam. 4.

θεμκ.
Is autem
& seq.

Etsi personaliter negocium exequi iniunge- tur: partibus consentientibus aliis delegare li- ceto. Si tamen anquisitionem fieri, si de prælatis aliisve ministris ecclesiis prouideri mandabitur: cuius industria & fides in id electę erunt, id ipse exequitor. neque, si prædicare crucę, vel pœni- tentias iniungere, excommunicare, vel absolue- re aliquos, aut cum irregularibus dispensare mandabitur (salua legatorum sedis apo. autho- ritate) hęc aliis demandantor. Ipse ministerium non iurisdictionem habeto.

21. Prudē-
tiam.

θεμκ.
1. & ij.

Si plureis etiam sic commissi erunt, vt si om- neis inter se nequeant, duo nihilominus causam exequantur: quandiu aliquis ex ipsis per certum nuncium, vel excusatorē literatorię destinatum se interesse non posse non ostenderit, vel aliās de hoc canonicę constare non poterit, qui reli- qui erunt ad causę cognitionem ne procedun-

to. si processint: nihil egisse reputantur. Si quis tamen interesse nequibit, nolet, subterfugiet, aut contemnet: reliqui, siue duo, siue vnus erunt, in causa nihilominus procedunt. Qui verò sic mandatum apo. contemnet grauissimè punitur.

Suscepto itaque mandato qui delegatus erit ^{14. Quo-} partibus diem ad agendum præfigito. si cum alio ^{niâ abbas} iudex erit: eum socium in causæ cognitione adiungito. Si sub expressis nominibus dignitatis locorum, non personarum commissio emanauit: qui præmortuo iudici, cum ei porrectum mandatum fuisset, substitutus erit, cum alio iudex esto. sententia illorum, sicut erit iusta, rata firma habetur.

Si enim duobus causa commissa erit: sententia vnus ne teneto. Rem sic iudicatam ex integro in causam deducere liceto. ^{16. Cau-} ^{sam ma-} ^{trimonijs.}

Vnde si tribus delegatis, ad duum citationem ^{22. Cum} altero inconsulto, nec vices suas committente ^{causa.} decretam venisse, aut si ante citationem ipsam, & literarum noticiam ad apo. sedem pro eadem causa nuncium misisse reus allegabit: hæ exceptiones admittuntur. si admiffæ non erunt, sed pars respondere iubebitur: prouocatio esto.

Sed & delegatorum vno rebus humanis exem ^{42. Vno.} pto, nisi aliud in delegatione expressum erit, eorum officium expirato. Compromissi in arbitris par ratio esto.

Item tribus datis cum clausula, vt si non om- ^{30. Licet.} neis possient interesse, duo exequantur, vnus si recusatus erit, vel nequibit, & alter vices suas

De off. & potest. iudic. deleg.

tertio conlege suo commiserit, posteaquã mortuus fuerit, nisi adhuc eo viuente tertius iurisdictione uti occeperit, solus officium iudicandine habeto. sin ante mortem illius iurisdictione sic demandata uti inceperit: suas & illius vices adimpleto.

27. *Super
questionū
θεμ.α.
si verò.* Hic verò cui condelegatus eius vices suas committet, alteri causam delegandi, vel adpel. remota procedendi (etsi ex duobus ipsis, si pariter interesse nequeant, id in eorum commissio- ne expressum erit, ut alter adpel. remota procedere possit, & ex iurisdictione à principe delegata potuerit, cum iurisdictione sibi à delegato commissa, potestatem ne habeto. ab hoc si adpellabitur: ad primum delegantem adpellator.

23. *Cum su
per.* Et si, cum iuxta formam literarum soli procedere permittetur, altero conlega recusato, vel post sententiam officio suo functo ab ipso adpellatum erit: cum hoc nihil agito. si quid ager: quasi non possit & nolit solus procedere, confessio eius accipitor. quod à duobus factum erit effectu careto.

34. *Coram
dilecto.* Iudici quoque antea dato si, postquam diu disceptatum erit, alius veritate subpressa adiungetur, ut si ambo non possint, ea prior iudex adimpleat: quem is adiunctus subdelegabit non admittere, & soli in causæ cognitione procedere liceto. sententia eius rata esto.

43. *Quo-
niam. y.
in prin.* Si verò rite ex delegantis officio, vel de partium consensu dabitur: & ipsius subdelegatio valeto. Sic si episcopo mandabitur, ut cum

altero suorum coniudicum mandatum exequatur: sine subdelegato ipsius reliqui duo procedere ne valent.

Qui autem delegati semel iurisdictionem à 38. *Significanti- cantibus.* se abdicassint, nec ex partium compromissi formula resumunto.

Porro contra delegatum si quæ suspicionis 39. *Suspicionis.* causa adsignabitur: ea coram arbitris probatur. Ad ipsos omnia quæ ad hunc articulum faciunt pertinent. Ipsi ad hoc terminum adsignant. si discordeis erunt: delegatus ipse, ut vel in unam sententiam conveniant, vel tertium concorditer aduocent, cum quo ipsi vel alter eorum id faciat, cogito. Id quoque ad explicandam iurisdictionem suam ipsi commissum intellegitor.

Quid si lis ante mortem delegantis contestata non erit? Certè mandatum finitor, iudices ex delegatione huiusmodi ne procedunt.

Si tamen citationis edictum ante mandatoris 20. *Gratià* mortem propositum, & ita quasi ceptum negotium fiet, maxumè si delegantis obitum delegatus ignorabit, lite post mortem contestata in causa nihilominus procedere tenetur.

Planè qui delegatus erit iudex formam sibi 13. *Ex parte. j.* statutam obseruato. Rationabiles tamen exceptiones (nisi nullas admittere iubebitur) admittito, & in causa iuxta iuris æquitatè procedito. R. o. pōtifex nullas exceptiones admitti (præterquam si res notoria fiet) ne mandet, videto.

Si iudici posteriores literæ quæ prioribus 2. *Sane. j.* opponuntur, de ipsis tamen mentionem non facientes innotuerint: R. o. pōtificè consulto, exe-

De offi. & po. iud. deleg.

quitioni vtrarunq̄ue superfedeto.

35. *Cū R.* Si quo loco delegatus erit pars aduersa propter multas & graueis inimicitias coram eo cōparere nequibit: qui eum impetrasset alium in eadem ciuitate vel diœcesi elegundi optionem habeto.

32. *Cū olim j.* Quæ in negotio commisso ante litem contestatam contigerint, vt si damnum datum sit, eorum iurisdictio, nisi de ipsis in rescripto mentio erit, ad delegatum ne pertinet. A procuratore simpliciter ad eam causam deputato (cum ad ea tantum quæ in commissione inueniuntur expressa constitutus intellegatur) ad hæc prorogari iurisdictio nequito.

4. *De causis. v̄ prin.* Item si causa intra certum terminum deciden- da committetur: eo transacto, nisi præfixus dies de partium voluntate & cōsensu prorogabitur, mandatum expirato.

28. *Pastoralis.* Si qua verò partium procurante ad diem ipsis assignatam delegatum euocari contigerit: nisi partes negotium prorogari consentient, iudex ipse personæ neutri parti suspectæ, quantum ad diem illum, negotium adpell. remota audien- dum committito. Cuius partis malicia id actū dicetur, digna eam animaduersione punito.

10. *Contestatio- nibus.* Reo tamen absente, siquidem antequam de literis commissionis mentio fieret, iusta de causa non per contumaciam se absentasset, etiam si spoliatum intra certum tempus restitui mandabitur, intra quod is qui abest adesse non possiet, & impetrator testibus idoneis possessionē suam & deiectionem probare paratus fiet, restitutio

tutio ne dator.

Cæterùm iudex cum peremptorium adsignabit, ne iurisdictionem suam (nisi cùm exiget necessitas) coarctet, videto. Si ad audiundos testes, depositiones publicandas, vel sententiam proferendam peremptorium adsignabit, & adhuc iurisdictione durabit ipsius: in diem alteram æquitate suadente expectare liceto. Contumacem non propterea iterum citare elapso peremptorio, nisi hanc olli gratiam facere volet, tenetor. Si iurisdictione exspirabit, neq; is, cui peremptorium adsignatum erit, hora, qua congruè possit ipse iudex ad id quod edixerit procedere, se præsentabit: iudex quod intendit exequitor. Iudicalem instantiam frustra evanescere ne finito. In tenebris tamen & furuo iudicia ne exercentor. Ex qua ante noctis tenebras quod incumbit, perfici possit, congrua hora intellegitor.

Qui literas impetrasset si excommunicatus dicitur: iudex, nisi qui id obiiciet vel statim, vel intra competètem terminum id probabit, actorem, ut sine quolibet offēdiculo audiatur, permittito. Sin eo confitente, vel aliàs legitimè constabit: secundum formam ecclesiæ absolutio. Si tamen ob aliam iustam & evidentem causam excommunicatus erit: ad excommunicatorem absolvendum remittito, amandato. Ipse pro qua causa excommunicatus erit (nisi specialiter aliis erit delegata) coram excommunicatore statim eius mandatum servato. Is si quid maliciose agget, aut differet: delegatus eandem utrobique iurisdictionem exerceto. nisi absolutio sedi apo-

E

De off & potest. iudic. deleg.

reseruata specialiter erit, liberè ritu ecclesiastico exequitor. Cui principale, ei & accessoriū commissum accipitor.

36. *Cum
cōtingat.*

Quòd si eum, qui se, cum non deberet, veluti post adpellationem, excommunicatum dicet, absolui mandabitur: excommunicatore contra adfertionem probare volente vtriusque partis probationes admittutor. ante iudex ad aliquid decernendum ne procedito. prout per eas adparebit vel absoluto (si indigebit) vel non ligatum denunciato. Sin quis se generaliter iniuste excommunicatum adferet, neque in excommunicatione intolerabilem errorem patenter expressum fuisse dicet: antequam absolutus fiet, probationes eius ne admittuntur. Iuxta formam ecclesiæ protinus absoluitur. sic vtrisque probationibus admisis iuste an iniuste fuerit excommunicatus decernitor.

15. *Super
eo*

Si de præsentatione presbyteri ad certam ecclesiã quæstio erit, & ita delegabitur, vt ad præsentationem partis, cui ius id competere cõstabit, adpel. re. ordinet ecclesiam: id ipse neque incio, neque reclamante diœcesano episcopo, archipresbytero, vel archidiacono, & sine ipsorum fraude facito. ollis, si iuri suo detrahi viderint, adpellare liceto.

12. *Ex parte.
i.*

Cum autè mandatum accipiet, vt de cuius ecclesiæ primò vacatura dignitate cui provideat, eam quæ prima vacabit, etsi specialeis super ea pro alio literæ de prioribus tamen mentionem non facientes emanarint, ipsi adsignato.

33. *Cum
olim. ij.*

Si quid ad delegantem scribendum erit: cui

scribita huiusmodi tradentur ea ne aperito, rese-
rato, sigilla ne violato. si partium alteri dabun-
tur, & hæc illa suspecta habesit: vel hæc non
recipito, vel recepta ex fide præsentato, & suspi-
cionis causam coram delegante ostendito. alio-
quin verbis ipsius nulla fides adhibetor. contra
acta quæ violasit ne auditor.

Iudex ipse, licet, cum sententiam dixerit, offi-
cio suo functus esse dicatur: tamen & aduersus 26. Qua-
rentis.
contumacem ante litis contestatione, & ad sen-
tentiã quoq; suam exequudã iurisdictionis sibi
cõmissæ exercitium vsque ad annum integrum
habeto.

Ea autẽ per se vel alium exequutioni mandata 9. In lite-
ris.
eius autoritas & iurisdictione cessato, euanescito.

Quod si literæ causæ adpellationis fuerint 28. Pastro-
ralis
θεμα.
præterea.
imperatæ: etsi prioribus literis remota fuerit
adpellatio, dummodo ex certa scientia impe-
trentur, statim prioris iudicis iurisdictione reuoca-
ta esto. exequutio sententiæ, donec adpellatio-
nis merita plenius sint discussa, suspenditor.

Si à subdelegato adpellabitur, & delegatus ali 27. Super
quæstionẽ
θεμα.
porro.
quid sibi de iurisdictione reseruassit, maxumẽ si
causa fuerit adpel. re. commissa: ad ipsum, non
ad Ro. pont. adpellator. sin iurisdictione totã in
alium transtulerit: ad Ro. põt. prouocatio esto.

De officio legati. Tit. 29.

Legatus quoq; in sua puincia vices sumi põt. 1. Cum nõ
ignoretis.
Ligerere accipitor. vnde archiepiscopº, cũ me
tropolitico iure duntaxat eas, quæ de episcopa-

E ij